



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Septiceps Lvthervs, Vbiqve Sibi, Svis Scriptis contrarius,
in visitationem Saxonicam**

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1564

De libertate Christiana, cap. 41.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35803

De libertate Christiana.

CAP. XLI.

QValem nobis inuexerit libertatem Lütherus, ex superius adductis abundè intelligitur: Hic ergo breuitatis gratia quædam commemorasse sufficiat. Ait nunc in visitatione, Aliqui item loquuntur indiscretè de libertate Christiana, per quod sanè homines quidam putant, se ita liberos esse, ut nullis debeat esse subiecti superioribus, nec teneantur ulterius reddere quod debent. Alij putant Christianam libertatem nihil aliud esse, quam edere carnes, non confiteri, nō ieūnare, &c. Eiusmodi ineptas opiniones vulgi debent prædicatores increpare, atque dare instructionem, quæ ad emendationem, non ad temeritatem deseruiat. Hæc nuper. Antea verò longè aliter docuit in libris & sermonibus complurimis: hic duo tantū exempla ex vno eius sermone recensebo. Si quis te cogere velit (inquit) quemadmodum fecit Papa cum legibus suis, ne comedas carnes feria sexta, & in Quadragesima, hic nullo pacto sinas te à libertate, in quam te Deus posuit, extrudi, sed in eius despectum, contrarium agas, & dicas, ob idipsum sanè, quod prohibes mihi e sum carniū, & conaris ex mea libertate præceptum facere, ideo in despectum tui vescar illis. Sic facias (inquit) in omnibus aliis quæ libera sunt.

*In lib. Visi.**In s. 500. art.
art. 391.**In serm. fe-
ria 4. post
Inuocavit.**art. 302.
Ibidem.*

N ij

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

Accipe exemplum, si me Papa aut aliis quispiam cogere velit, ut cappam deferam, hoc & non aliud, tunc velim in despectum eius, cappam proiicere. Cum autem sit in mea libera voluntate, deferam ipsam, quando mihi libet: quando non, abiiciam. Ex his breuibus exemplis facile coniicere licet, qualia sint cætera, quæ prius de libertate docuit, ac miseros rusticos in arma, cunctis Gracchis, Catalinisque & Barrabis seditionis, concitauit sceleratissime. At nunc post data damna serò docet aliter:

Posteaquam Ducenta ferme Milia (vti scribit

In magno opere nuper edito. parte j. lib. 2. art. 17. insignis Theologus, Senex, Venerabilis, Doctor, Conradus, Vvimpina) rusticorum Germaniae, Anno Domini M. D. xxv. cæsa & profligata, ac diuersis suppliciorum generibus trucidata sunt: Exustis ante hac ab eisdem rusticis, vastatisque Monasteriis & demolitis arcibus in vnicâ Franconia regione Nonaginta tribus supra Ducentas. Doceat igitur Lutherus nunc, vt lubet, hæc rerum dana (vt de corra rusticis.

In lib. 2. cōtra rusticos. ruptis moribus & de animabus, quas ipsem et inferno adiudicat, nihil dicam) nunquam restituere patriæ nostræ poterunt omnes Lutherani in vnum coniuncti simul. Videant igitur, quid Deo, Cæsari, & Concilio aliquando respondeant, si super tot malis, ex Lutherica doctrina prognatis, rationem reddere iussi fuerint.